UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

IV. Quomodo in pecuniariis causis, iis qui causâ ceciderant ipse de suo largiebatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A communi omnium ſermone celebratur. Ex annuis tributis quæ terræ nomine conferebantur, quartam detrahens partem, agrorum poſſeſſoribus donavit: adeò ut ſi hujus annuæ detractionis rationem inieris, quarto quoq; anno fructuum Domini à præſtatione tributaria immunes eſſent. Quod quidem lege ſancitum, & in futurum tempus confirmatum, non præſentibus modò, verùm etiam liberis poſteriſque eorum, perpetuam nullâque oblivione delendam Imperatoris beneficentiam præſtitit.

μένων, τὴν τετάρτην ἀφελὼν μοῖραν, τοῖς τῶν ἀγρῶν δεσπόταις ἐδωρεῖτο ταύτην· ὡς τῷ λογιζομένῳ τὴν κατ' ἔτος ἀφαίρεσιν, διὰ τεττάρων συμβαίνειν ἐνιαυτῶν ἀνεισφόρους γίνεσθαι τοὺς τῶν καρπῶν οἰκήτορας· ὃ δὴ νόμῳ κυρωθὲν, κρατῆσάν τε καὶ εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον, οὐ τοῖς παροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παισὶν αὐτῶν διαδόχοις τε τοῖς τούτων, ἄληστον καὶ διαιωνίζουσαν παρεῖχε τὴν βασιλέως χάριν.

## Caput III.

*Peræquatio ac relevatio cenſuum.*

B Iam verò cùm nonnulli terræ deſcriptiones & jugationes à ſuperioribus Principibus factas reprehenderent, agroſq; ſuos nimium oppreſſos eſſe quererentur, hîc etiam Princeps juſtitiæ legibus obtemperans, peræquatores mittebat, qui à ſupplicantibus damnum depellerent.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ΄.

Ἐξισώσεις καὶ βεβαρημένων κήνσων.

Ἐπεὶ δ' ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον κρατούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις κατεμέμφοντο, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν καταιτιώμενοι, πάλιν κἀνταῦθα θεσμῷ δικαιοσύνης ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας.

## Caput IV.

*Quomodo in pecuniariis cauſis, iis qui cauſa ceciderant, ipſe de ſuo largiebatur.*

C Quinetiam quoties inter duos litigantes ſententiam pronuntiaverat; ne fortè is qui cauſa ceciderat, triſtior eo ſecundùm quem lis dicta erat abſcederet, ex propriis bonis donabat victis, interdum prædia, nonnunquam pecunias: hac ratione efficiens, ut victus non minus quàm is qui cauſam obtinuerat, lætus domum rediret, utpote qui in conſpectum Principis venire meruiſſet. Neque enim fas eſſe exiſtimabat, ut qui coram tanto Principe ſtetiſſet, mæſtus unquam ac triſtis recederet. Proinde uterque litigantium læto ac renidenti vultu ex judicio redibat: & Imperatoris animi magnitudo cunctis admirationi erat. D

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ΄.

Ὅτι τοῖς ἐν χρηματικαῖς δίκαις ἡττηθεῖσιν, αὐτὸς ἐξ οἰκείων ἐχαρίζετο.

Ἄλλοις δικάσας βασιλεὺς, ὡς ἂν μὴ τὸ ληφθὲν παρ' αὐτοῦ μέρος ἧττον ἀπαλλάττοιτο, χαίρων ἐδωρεῖτο τοῦ νενικηκότος ἐξ οἰκείων τοῖς νενικημένοις, ἄρτι μὲν κτήματα ἄρτι δὲ χρήματα. τοῦ κρατήσαντος δίκῃ ἐξ ἴσου χαίρειν τὸν ἡττηθέντα παρασκευάζων, ὡς ἂν αὐτοῦ θέας ἀξιωθέντα· μὴ γὰρ ἐξεῖναι ἄλλως τοσούτῳ βασιλεῖ παραστάντα, κατηφῆ τινα καὶ λυπηρὸν ἀπαλλάττεσθαι. οὕτω δ' ἀμφοτέρους φαιδροῖς καὶ μειδιῶσι προσώποις ἀνέλυον τῆς δίκης. θαῦμα δ' ἐκράτει τοὺς πάντας τῆς βασιλέως μεγαλονοίας.

## Caput V.

*Scytharum per ſignum crucis devictorum ſubactio.*

Quid hic neceſſe eſt quaſi obiter commemorare, quomodo ille barbaras gentes ſub Imperii Rom. ditionẽ redegit: qualiter indominatas antehac, nec ulli unquam parêre ſuetas Scytharum Sarmatarumque nationes, primus ſub jugum miſit, ac per vim eò adegit, ut vel inviti dominos agnoſcerent Roma-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

Σκυθῶν ὑποταγὴ διὰ τοῦ σημείου τοῦ σωτῆρος νικηθέντων.

Τί δὲ δεῖ μέχρι λόγου πάρεργον ποιεῖσθαι, ὡς τὰ βάρβαρα φῦλα τῇ Ῥωμαίων ὑπέταττεν ἀρχῇ. ὡς τὰ Σκυθῶν καὶ Σαυροματῶν γένη μὴ πρότερον δουλεύειν μεμαθηκότα, πρῶτος αὐτὸς ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγε. δεσπότας ἡγεῖσθαι Ῥωμαίους, καὶ μὴ θέλοντας ἀναγκάσα-